

SIGISMUNDUS AUGUSTUS [Dei] gratia, Rex Poloniæ, magnus Dux Lithwaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Masowiæ, Samogithiæq3, etc. dominus et hæres. Significamus tenore presentium, quorum interest vniuersis, et singulis, presentibus, et futuris, harum [n]oticiam habituris. Quia obtulerunt nobis quidam ex Consiliariis nostris
nomine fabrorum Oppidi Radomskie literas in pargameno sub sigillo. Generosi Stanislai de Gomolin Castellani Rosperiensis et capitanei Vielunen. [co]ntinentes in se articulos ad bonum ordinem in contubernio seu frater-
nitate fabrorum seruandum pertinentes, supplicatumq3 nobis est, per eosdem consiliarios nostros, ut illas authoritate nostra Regia, approbare [rat]ificare, et confirmare dignaremur. Quorum quidem articulorum
ibi descriptorum sentencia hec est. In nomine domini amen. Elizabeth de Tharnow Palatina Sandomirien. vielunen. et in Radomskie capitanea [te]nutrix. Significamus tenore presentium, quibus expedit vniuersis
Quomodo constituti coram nobis. Providi Stanislaus Szikora Preconsul. Ioannes Paventa. Blasius Grelka. Ioannes Bohemus. Stanislaus Kobiel[illegible] Magistri artis fabrilis, et Cives in Radomskie exposuerunt. Quo-
modo in eorum artificio non fuerit hactenus fraternitas more aliarum Ciuitatum, tenta et seruata, rittusq3 et consuetudines, circa eam soliti fieri [ob]seruati et tenti non sunt, unde in ipsorum artificio, deordinationes
nonnullæ fiebant. Suplicarunt, igitur ut nostro accedente consensu, liceret eis fraternitatem more aliarum Ciuitatum, tenere et obseruare, et prout [in] aliis Ciuitatibus solita est obseruari. Quorum peticionibus ut pote ius-
tis, et rationi non dissonis annuen. Ipsiusq3 Oppidi Radomskie condicionem perinde efficere cupien. meliorem, communicato desuper Consi[lio] consulum Ciuitatis, atq3 sufficienti deliberatione prehabita, eisdem
Magistris fabrorum presentibus et futuris, qui prædictum oppidum incolere voluerint, fraternitatem in eorum artificio habendum, tenendum, et ob[ser]uandum, iuxta rittus, modos et consuetudines aliarum Ciuitatum.
Consensimus, admisimus, et presentibus consentimus et admittimus temporibus futuris, sub modis et consuetudinibus infra notatis et descr[ip]tis. Sub qua fraternitate ipsorum comprehendi omnes, Seriffices,
Sellatores, Doleatores, Currifices, Gladiatores, quicunq3 pro tempore Ciuitatem incolere voluerint. Quæ fraternitas singulis annis debet ex quo[cun]q3 artificio eis videbitur duos magistros eligere, et constituere, in
Seniores et Rectores fraternitatis, qui prædictam fraternitatem, regendi et exercendi, atq3 corrigendi habere debent facultatem, citra præiudici[um] nostrum et Ciuitatis atq3 consulum, more cæterarum Ciuitatum. Quæ
fraternitas luminaria, siue cereos, cum scientia plebani, ponet et locabit, in ecclesia parochiali vel Conuentuali. sancti Francisci, et ceremonias c[irca] cultum, et obseqvium diuinum peragetur, quemadmodum aliæ frater-
nitates facere solitæ sunt. Imprimis itaq3 [ab] illis qui ad discendum artificium intraturi sunt, ita dispositum fieri voluerunt, quod quilibet ad [illegible] artificium noviter veniens, debet stare apud suum Magistrum uno
anno et medio artem discendo et si tempus tale sibi graue et onerosum videbitur, extunc post unius anni decursum quo in discendo artificio perstit[erit] soluta media marca pecuniarum magistro suo, et duabus dicis ali-
as wyrambu cera, fraternitati. licitum erit a[b]scedere, et in aliis Ciuitatibus, vel in ipso loco, pro socio laborare. Et magister suus tenebitur sibi literas [illegible]ificatoriales et testimoniales pro ipsius tamen studentis pecuniis
expedire. Quæ fatebuntur eum artem didicisse. Item dum aliquis fabrorum magister aliunde vndecunq3 aduenerit et Ciuitatem incolere voluer[it] [i]lis fraternitati dabit mediam marcam, et pro iuniori habeatur, ser-
uietq3 sicut iunior. Illi autem qui in isto loco artificio instructi, magistri effici voluerint, unum fertonem, fraternitati soluent. Filii vero magistr[oru]m ipsius loci in arte imbuti, et parentibus suis per obitum succe-
den. pro magistris senioribus teneantur. Nec aliquid dare aut seruire debebunt. Et quilibet magister effectus tenebitur ad medium anni uxorem leg[itim]am accipere, vel a labore et artificio cessare. Item iuniores fratres et
magistri debent senioribus, qui pro tempore fuerint constituti. obedire. et vocati per signum, ad fraternitatem venire. Si quis autem vocatus sine [ul]lo impedimento et causa, venire contempserit, dabit unum grossu[m]
fraternitati, pro pena. et similiter de exequiis et mortuorum sepultura intelligendum est. Poterit tamen quilibet occupatus et impeditus legitima [illegible]rem suam dirigere, ad missas, exequias et magistros seniores. So-
cios vero inobedientes, et excessivos, magistri eorum et seniores, inter se iuxta eorum consuetudinem et arbitrium corrigere habeant facultatem. [illegible] de sociis aduenien. et suscipiendis, ita inter se obseruandum decla-
rauerunt. Si plures socii aduenerint, puta duo. tres. vel quatuor, et unus magistrorum eos suscipere et apud se locare voluerit, et alius etiam [illegible] Ciuitatum consuetudinem [illegible] et eum vel eos ha-
bere voluerit, tenebit unus alteri [illegible] et [illegible]tatem obtinere et alium indigentem [illegible]. De sociis vero mittendis, et licenciandis circa [illegible] Tunc ille apud quem est indubitatus deb[illegible]
[illegible] magistrum laborem continuaverit [illegible] et eo insoluto relicto ad alium se cum equis transtulerit [illegible] labores. [illegible]
[illegible] ausare ne sibi laboret donec sibi pro solutionem faciat pro debito et labore contracto vel componat cum eo. et tunc magister talis debebit cessare a labore. Item nullus fabrorum extraneorum diebus foren-
sibus debeat vel audeat laborem, et instrumenta fabrilia exponere, et vendere in eorum præiudicium Exceptis foris annalibus, in quibus cuilibet aduenienti liberum est suas merces vendere. Si vero temere quiscunq3
importaverit suum laborem, ad forum diebus forensi extraneus. Procurator Tenutarii pro tempore existentis, poterit illum tollere pro Curia. Item [nu]llus magistrorum audeat socium alterius magistri revocare, et ab-
ducere ab alio sine eius voluntate et scitu atq3 tempore debito. sub pena unius vasis ceruisiæ octo grossos valentis fraternitati soluenda. Item [si] aliquis magister de Ciuitate exiuerit, et fraternitati renunctiaue-
rit, et postea redire voluerit, talis soluet fraternitati medium marcæ, scilicet. tociens quociens id fecerit. Quodsi forte aliquis artificum, ingerens se in aliam artem, opus aliquod exercuerit, ad artem illius non per-
tinens, quemadmodum si serifaber, falcastra reparare, quod fabrorum est, aut aliud genus operis alterius artis exercere voluerit, talis [con]tubernio nomine pœna, unam marcam pecuniæ. numeri et mone-
tæ, in Regno currentis, toties quociescunq3 id admiserit. Artifices porro, qui ad ignem artem suam exercent, non debent, neq3 audebunt eiusdem ignem, ad opus faciendum incendere, donec accersitis iis, qui ad
hoc inspiciendum, a contubernio sunt deputati. In aliis vero rittibus, et modis obseruandis relinquuntur circa consuetudines, et modos in a[liis] Ciuitatibus, circa eorum fraternitatem obseruare solitis et con-
suetis. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est subapensum. Datum in Radomskie. feria sexta infra octauas corporis Chri[sti] Anno domini Millesimo quingentesimo Quadragesimo nec non etiam 1540
decimooctavo Renovacionis autem presentis predictæ data feria secunda in vigilia sancti Thomæ Apostoli. Anno Domini Millesimo quingentesi[mo] quadragesimo sexto. Nostro sub sigillo in fidem et testimonium pre-
missorum subappenso. Nos itaq3 Sigismundus Augustus Rex supplicationi predictæ annuentes literas iam insertas, nec non articulos aliquot ad vel illos per eos adiectos in omnibus earum eorumq3 punctis, clausulis
articulis, et condicionibus, approban. ratifican. et confirman. duximus. approbamusq3, ratificamus, et confirmamus per presentes, decernen. eas eosq3 omniaq3 in eis contenta robur debitæ et perpetuæ firmi-
tatis obtinere debere. verum ita, in quantum iuri diuino nostro Regio, et communi Regni nostri non fuerint contraria. In cuius rei testimonium s[igill]um nostrum presentibus est subappensum. Datum Piotrcoviæ in Con-
uentu Regni nostri generali, feria quarta Rogationum. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quinto Regni vero nostri vigesimo sexto.

Ioannes Orieski
R. p. Canc.

Relatio Magnifici Ioannis de Ocieschino Regni Poloniæ Cancellarii
generalis Crac. Sandecen. Olstinenq3 Capit. Succamerarii Crac.

1540

fec.

[illegible] per [illegible]
[illegible] 1629
[illegible]

Quietum post mortem olim Illris et Magci Anne [illegible]
[illegible] Radziwilowna Don [illegible] Recogn[illegible]
[illegible] vocationem [illegible] Radomiensi [illegible]
[illegible] notario [illegible] in Acta [illegible]
[illegible] de [illegible] et data constitutum [illegible]
[illegible] et [illegible]
Translata [illegible]
[illegible] Regni [illegible]